



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XI

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

vir Deo & hominibus dilectus, *Lipsianorum Sanctorum indefessus conquistor*, sextus & vigesimus Cathedralis Ecclesiæ Mindensis Episcopus, cum sanctissimè annis aliquot rexisset, placidissimè in Domino quievit, cuius familiare symbolum erat; *Passus malum ignosce, ne duo mali sitis.* Ex Chron. P. Bucel.

## XI

**V**etus & verum est proverbium *fugientem, non ambientem sequi famam, gloriam & honorem:* quod suo illustris WILHELMVS Dynasta de Genep Exemplo abundè confirmat; quem reluctantem VRIA ad sedem Archiepiscopalem raptrum, LVIII. Antistitem creavit. sic

*Qui fugit, ille tenet; qui petit ille caret.*  
Erat is Præful morib⁹ & virtutib⁹ eximi⁹, in divinis tractandis cultissimus, & animus illi ad magna erectus, quo concitatus commissum sibi regem fidelissimè pascere satagebat; neque totius illius vitæ cursus aliis fuit nisi unicus cum vigili hoste conflictus. Mensa illi Principalis, sed frugi, & non prodiga; Aula admodum honesta, sed cultu modesta; Recreationes eius frequentes, iucundæ & fructuosæ, non pretiosæ, quo

fiebat

fiebat ut tanquam servus fidelis & prudens, super Domini familiam constitutus neque sibi, neque alijs gravis neruo colligendo fieret. Hinc sancta sine fundo liberalitas, nosocomia, templum, egenos, fidei Prædicatores, religiosasque Familias erexit, quorum beneficiorum nulla aut immemor, aut ingrata erit posteritas, Historia loquetur, & quod unicum illi votum erat, Numen æterno præmio pensabit. *Buc. Ex Chron.*

## XII.

**W**ALRANVS Comes à MOERS, Sanguine rerum gestarum gloria bellisque pro Diœcesi suâ Monasteriensi suscepito, orbi notissimus: quod legitimâ Electione 43. Antistes contra ERICVM ab Osnaburgensi sede deiectum, electus alere, necessitas, non voluptas compulit; *Hic enim cum nullo jure aut titulo colorato WALRAMVM legitimum Monasterensem Episcopum manu armatâ è sacra S. LVDTGERI sede deijscere tentaret, ita arte & Marte impetus eius fregit WALRAMVS*, ut hominem iniquâ spe deiectum ad pacis conditiones sanciendas compelleret, satius esse ratus ad Provincialium sanguinem evitandum, & clades Patriæ auertendas deteri-

L 3

orem